

Optimū est enim gratia stabilire cor; non elicit: **quā** non proferunt ambulantes in eis. *Gula delectationem, non necessitatem quærit.*
Hebr. 13. 9
Sic primi parentes. Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulcrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. *Gen. 3. 6*
Sic filii Israel insatiabiles manna, carnes concupierunt. Num. 11. 4
Deum offendit.

Unde primi parentes graviter sunt puniti. *Gen. 3*
 Mulieri quoque dixit: Multiplicabo arumnas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adā vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comediti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. *Ibid. v. 16*
 In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris. *Ibid. v. 19*
 Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. *Num. 11. 33*
 Vinum multum potatum, irrationem & iram, & ruinas multas facit, &c. *Ecl. 31. 38*
 Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. *Job 20. 14*
 Et manducaverunt, & saturati sunt nimis, &c. *Eph. 77. 29*
 Adhuc eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos. *Ibid. v. 30*
 Elca venit, & venter ejus; Deus autem tunc & has destruet. *1. Cor. 6. 13. Vide & supra præfationem. 2. Ecl. 9. 25*

Intellectum deprimis.
Vinum prævaleat omnibus hominibus, qui bibunt illud: seducit mentem; item regis & orphani facit mentem vanam. *Eccl. 3. Ecl. 3. Prov. 31. 4*
 Et sic accepto pane & lentis edulio, comedit & bibit, & abiit parvipendens quod primogenita vendidisset. *Gen. 25. 34*
 Introducunt enim eam in terram, pro qua juravi patribus ejus, lacte & melle manantem. Cumque comederint, & saturati, & crassique fuerint, avertuntur ad deos alienos, & servant eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. *Deut. 31. 30*
 Ne quis fornicator, aut profanus, ut Elai: qui propter unam escam vendidit primitiva sua. *Hebr. 12. 16*

Affectum inficit.
Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri. *Rom. 16. 18*
 Quorum Deus venter est: & gloria in confessione ipsorum, qui terrena sapiunt. *Phil. 3. 19*
Corpus inseruit.

Multos enim exterminavit vinum. *Ecl. 31. 30*
 Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinentes est, adjiciet vitam. *Ibid. 37. 34. V. supra de Holoforno. Item 1. Mach. 16*
Substantiam perdit.
Sic Esau pro lentivula adulo primogenita vendidit. *Gen. 25. 33*
 Qui diligit epulas, in egestate erit: Qui amat vinum, & pingua, non ditabitur. *Pro. 21. 17*
 In diebus Noe --- edebant & bibebant: urantes dicebant, & dabantur ad nuptias, usque in diem, qua intravit Noe in Arcam: & venit diluvium, & perdidit omnes. *Luc. 17. 27*

TITULUS I.

Hereditas.
Hereditas supernas.
Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hereditati tuæ. *Psal. 27. 1*
 Domini pars hereditatis meæ, &c. *Ibid. 15. 5*
 Sustinentes Dominum, ipsi hereditabunt terram. *Ibid. 26. 9*
 Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. *Ibid. 141. 6*
 Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. *Rom. 8. 17*
 In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. *Eph. 1. 13*
 Ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ. *Tit. 3. 7*
 Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod reperi-misti Deus diligentibus se? *Jac. 2. 5*
 Christus deglutivit mortem, ut vitæ æternæ heredes efficieremur. *1. Pet. 3. 22.*

Hereditas

Hereditas terrena.
Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hereditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod etsi fratres non fuerint, dabit hereditatem fratribus patris ejus. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his, qui ei proximi sunt. *Num. 27. 8*
 Bonus relinquit heredes filios, & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris. *Prov. 13. 22*
 Hereditas, ad quam festinat in principio, in novissimo benedictione carbit. *Is. 20. 21.*
 Nonne aliis relinques dolores, & labores tuos in divisione sortis. *Ecl. 14. 15*

TITULUS II.

Heretici. Vide & Propheta mali.
Heretico & infidelis relinquit Deus ad infernum Probationem.
Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israel, & omnes, qui non noverant bella Chananzorum. *Judic. 3. 1*
 Nam oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in nobis. *1. Cor. 11. 19*
Heretici jam inde a temporibus Apostolorum existierunt.
EX quibus est Hymenezus & Alexander (qui circa fidem naufragium fecerunt): quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare. *1. Tim. 1. 20*
 Profana autem & vaniloquia devota: multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum ut cancer serpit, ex quibus est Hymenezus & Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes, resurrectionem esse jam factam, & subverterunt quorundam fidem, &c. *2. Tim. 2. 16*
 Filii, novissima hora est: & sicut audistis quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt: unde scimus, quia novissima hora est. *1. Joan. 2. 18*
 Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non continentur Jesum Christum venisse in carnem: hic est seductor & Antichristus. *2. Joan. v. 7*
 Sed habeo adversus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaam mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter poenitentiam age: &c. *Aper. 2. 14*

Hereticos saturos & nobis temporibus prædicatum est.
Multi enim veniunt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducunt. Auditi enim estis prælia, & opiniones prætorum. *Matth. 24. 5.* Sargent enim pseudochristi, & pseudoprophete: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. *Ibid. v. 24*
 Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis. *Joan. 5. 43*
 Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, &c. *1. Tim. 4. 1*
 Hoc autem scito quod in novissimis diebus instabant tempora periculosa: erunt homines seipso amantes, cupidi, elati superbi, blasphemæ, parentibus non obedientes, ingrati, sectesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatorum magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. *2. Tim. 3. 1.* Et omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, perfectionem patientur. Mali autem homines & seductores proficiunt in pejus, urantes & in errores mittentes, &c. *Ibid. v. 12. Act. 20. 29*
 Fuerunt vero & Pseudoprophete in populo, sicut & in vobis erunt magistri mandaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem. &c. *2. Pet. 2. 1*
 Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illutores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, &c. *Ibid. 3. 3*
 Vos autem carissimi, memores estote verborum, quæ præfata sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illutores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus, &c. *Jud. v. 17*
Hereticorum mores & doctrina, ibidem.

Heretici vitandi sunt.
Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & e venerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis: non audies verba prophete illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. *Deut. 18. 1*
 Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. *Matth. 7. 15*
Tofaur. Bibliis.

P

Rogo

Rogo autem vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones & offencicula prater doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis. &c. Rom. 16. 17.

Et sermo eorum, ut cancer serpit: ex quibus est Hymeneus, & Philetus, qui a veritate reciderunt, quos devota. 2. Tim. 2. 17.

Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devota. Ibid. 3. 5.

Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devota: sciens quia subvertitur esse, qui ejusmodi est; & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Tit. 3. 10.

Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. 2. Thess. 3. 14.

Quia Deum offendunt.

Novit Dominus pius de tentatione eripere: iniquos vero in diem judicii reservare cruciatibus: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiae ambulat, dominationemque contemunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes. 2. Pet. 2. 9.

Lacris proptis intendunt.

Voluptatum amatores magis Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. 2. Tim. 3. 4.

Hoc primum sciens, quod venient in novissimis diebus in deceptione illufiores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. 2. Pet. 3. 3.

Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: 1. Joan. 2. 19.

Subintraverunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem & Dominum nostrum Jesum Christum negantes, Juda. cap. 1. v. 4. Vide tenes Caput.

Proximam seducunt.

Atteudite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Matt. 7. 15.

Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus & multos seducunt. Ibid. 24. 4.

Et multi Pseudoprophetae surgent, & seducunt multos. Ibid. v. 11.

Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus: aut illic: nolite credere. Surgent enim Pseudoprophetae, & Pseudoprophetae; & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si heri potest, etiam electi. Ibid. v. 23.

Nam oportet & hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. 1. Cor. 11. 19.

Nam ejusmodi Pseudopostoli, sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim Satanas transfiguratur se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiae: quorum finis erit secundum opera ipsorum. 2. Cor. 11. 13.

Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parentes grati. Et ex vobis ipsi exurgent viri loquentes perverfa, ut abducant discipulos post se. Act. 20. 29.

Fuerunt vero & Pseudoprophetae in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducunt sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias per quos via veritatis blasphemabitur: & in avaritia fictis verbis de vobis negotiabantur. 2. Pet. 2. 1.

Superba enim vanitatis loquentes, pellicunt in desideris carnis luxurias: eos, qui paululum effugiunt, qui in errore converfantur: libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis. Ibid. v. 18.

Propter quod carissimi, hæc expectantes, satagite, immaculati & involuti ei inveniri in pace. Et Domini nostri longinimitatem, salutem arbitramini: sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Sicut & in omnibus Epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quadam difficilia intellectus, quæ indocti & infabiles depravant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 2. Pet. 3. 14.

Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi Pseudoprophetae extierunt in mundum. 1. Joan. 4. 1.

Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris. Ibid. v. 3.

Fructus suos produunt.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Matt. 7. 16.

Amen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit alium de, ille fur est & latro. Joan. 10. 1.

Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immittes, sine benignitate, proditores, protervi, ruidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. 2. Tim. 3. 1. Vide supra.

Haritici male tolerantur a Praefectis.

Sed habeo adversus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter poenitentiam age: si quo minus veniam tibi cito, & pigrao cum illis in gladio oris mei. Apoc. 2. 14.

Haritici tollendi e medio.

Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est, ut vos averteret a Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo servitutis: ut errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. Deut. 13. 5.

Propheta autem qui arrogantia depravatus, voluerit loqui in nomine meo, & ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. Ibid. 18. 20.

Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi. 3. Reg. 18. 40.

Factum est autem cum completum esset holocaustum; præcepit Jehu militibus & ducibus suis: Ingredimini, & percute eos, nullus evadat. Percusseruntque eos in ore gladii, & projecerunt milites & duces: & iterum in civitatem templi Baal, & protulerunt statuas de suo Baal, & combusserunt. 4. Reg. 10. 25.

Haritici seu Fornicatio spiritalis. Vide Fornicatio.

Harus & Hera. Vide Dominus & Dominus.

T I T U L U S I I I.

Homo.

Homo creatus ad imaginem Dei.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cali, & bestiis, &c. Gen. 1. 26.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiritum vitæ, & factus est homo in animam viventem. Ibid. 2. 7.

Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. Ibid. 5. 1.

Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Ibid. 9. 6.

Quoniam Deus creavit hominem inextinguibilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Sap. 2. 23.

Deus creavit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Eccli. 17. 1. Coloss. 3. 10.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me. Job 10. 8.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me: Da mihi intellectum, & discam mandata tua. Psal. 118. 72.

In ipsa (terra) benediximus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Jacob. 3. 9.

Homo maledicetur.

Adæ vero dixit (Dei): quia audisti vocem uxoris tuæ, & comediti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, &c. Gen. 3. 17.

Hominis humilitas ob materia vilem.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Ibid. 2. 7.

Manus tuæ (Domine) fecerunt me -- Memento quæto, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Job 10. 8.

Homo vanitati similis factus est. Psal. 143. 4.

Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Sap. 7. 6.

Nec enim omnia possunt esse in hominibus: quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitia placuerunt. Eccli. 17. 29.

Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum est eo quod non est: abominatio est qui elegit vos. Isa. 41. 24.

Va. qui contradicit satori suo, testa de famis terræ: numquid dicit lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? *Isa. 45. 9*
 Exortus est enim sol cum ardore, & ascescit fenem, & flos ejus decidit, & decor vultus ejus deperit: ita & dives in itineribus suis marcescet. *Jac. 1. 11*

Ob vitæ brevitatem. Vide Et Fenem.

Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. *Job 1. 21*
 Hæserunt quippe fumus & ignoramus, quoniam ficut umbra dies nostri fuit super terram. *Ibid. 8. 9*

Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? *Ibid. 10. 10*
 Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, &c. *Ibid. 14. 1*
 Ecce enim breves anni transeunt, & scimitur, per quam non revertar, ambulo. *Ibid. 16. 23*
 Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tamquam nihilum ante te. *Pf. 38. 6*
 Anni nostri sicut aranea meditantur: dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentibus, octoginta anni. *Ibid. 89. 10*
 Dies mei sicut umbra declinaverunt: & ego sicut fenem arui. *Ibid. 101. 12*
 Dies ejus (hominis) sicut umbra prætereunt. *Ibid. 143. 4*
 Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit. *Ecclesi. 9. 12*
 Umbra enim transitus est tempus nostrum. *Sap. 2. 5*
 Transeunt omnia illa tamquam umbra: & tamquam nuntius præcurrens — Sic & nos nati continuo desivimus esse. *Ibid. 5. 9*
 Omnis caro sicut fenem veterascet, & sicut solum fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deiciuntur: sic generatio carnis, & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. *Ecclesi. 14. 18*

Numerus dierum hominum ut multum centum anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arena, sic exigui anni in die ævi. *Ibid. 18. 8*

Peregrini enim sumus coram te, & advenæ — Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. *1. Par. 29. 15*

Et nescit quod tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat (homo) omnia aliis, & morietur. *Ecclesi. 11. 20*

Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fenem, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Escificavit est fenem, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflavit in eo. Vere fenem est populus. *Isa. 40. 6*

Quia omnis caro ut fenem; & omnis gloria ejus tamquam flos feni: exaruit fenem, & flos ejus decidit. Verbum autem Domini manet in æternum. *1. Pet. 1. 24. Jac. 1. 10*

Miseria multipliciter.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo. *Gen. 3. 19.*
 Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum. *Job 5. 7*
 Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, dies ejus. *Ibid. 7. 1*
 Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Quid quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra: & nunquam in eodem statu permanet. *Ibid. 14. 1*
 Anni nostri sicut aranea meditantur — & amplius eorum labor & dolor. *Pf. 89. 10*
 Quid enim proderit homini de universo labore suo, & afflictione Spiritus, qua sub sole cruciatus est. Cuncti dies ejus doloribus, & arumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit: & hoc nonne vanitas est? *Ecclesi. 2. 22*
 Est & alia infimitas pessima, quam vidi sub sole: divitiarum conservata in malum Domini sui. *Ibid. 5. 12*

Quid ergo prodest ei, quod laboravit in ventum. *Ibid. v. 15*
 Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit fenem multa cogitantem. *Sap. 9. 15*

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture, in matrem omnium, &c. *Ecclesi. 40. 1*
 Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur, & omnes aquæ in mare revertentur. *Ibid. v. 11*

Benedicuntur homo in Christo.

Benedicam benedictibus tibi, & maledicam maledictibus tibi, atque in Te benedicentur universæ cognationes terræ. *Gen. 12. 3. c. 18. 18*

Et benedicentur in femine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ: *Ibid. 22. 18. Cap. 26. 4. Act. 3. 25. Ecclesi. 44. 25*

Providens autem Scriptura, quia ex fide justificat Gentes Deus, prænuñtiavit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes Gentes, &c. *Gal. 3. 8*

Homini regeneratio.

Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. *Mat. 18. 6*

Quoq.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credant in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Joh. 1. 12. & 13*

Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. *Ibid. 3. 3*
 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est. *Ibid. v. 6*

Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. *Ibid. 4. 14*
 Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *Ibid. 7. 38*

Primus homo de terra, terrenus: secundus homo (Dominus) de cælo, cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur, sicut portavimus imaginem terreni: portemus & imaginem cælestis. *1. Cor. 15. 47*

Sed licet is, qui fortis est, noxter homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. *1. Cor. 4. 16*

In Christo animi Jesu: neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. *Galat. 6. 15*

Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocui estis, sicut est veritas in Jesu. Deponere vos secundum præstinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis. *Ephes. 4. 20. Rom. 6. 4*

Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. *1. Cor. 4. 15*

Filii mei, quos iterum parturio, donec fornetur Christus in vobis. *Gal. 4. 19. Jac. 1. 18. 1. Pet. 4. 2. Heb. 12. 1*

Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum. *Coloss. 3. 8. 12*

Deponere vos secundum præstinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. *Ephes. 4. 22*

Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ faciunt nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum. *ad Titum 3. 4*

Renati non ex femine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanentes in æternum. *1. Pet. 1. 23*

Sicut modo geniti infantes. *Ibid. 2. 2. Jacob. 1. 10*

Homo pulvis & lutum.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. *Gen. 2. 7*

In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem revertaris. *Ibid. 3. 19*

Quia semel cepi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis. *Ibid. 18. 17*

Deus creavit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum convertit illum in ipsam, & secundum se vestivit illum virtute. *Ecclesi. 17. 1*

Omnia quæ de terra sunt in terram convertentur; sic impit a maledicta in perditionem. *Ibid. 41. 13. Job 4. 19*

Manus tuæ fecerunt me, & plasnaverunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitans me? &c. *Job 10. 8*

Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem revertetur. *Ibid. 34. 15*
 Et recordatus est quia caro sunt: Spiritus vadens, & non rediens. *Psal. 77. 39*

Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. *Ibid. 145. 4*

Et revertatur pulvis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. *Ecclesi. 12. 7*

Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fenem, & omnis gloria ejus quasi flos agri. *Isa. 40. 6*

TITULUS IV.

Homicidium.

Homicidium, latrocinium, & sanguinis effusio, & eorum puniatio.

Impius Cain suum fratrem suum occidit, & a Deo puniatur, ac profugus vitam agens Enoch vocatur. *Gen. 4. 8*

Thesaur. Biblic.

P 3

Qui-

Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Gen. 9. 6. Matth. 26. 52. Non occides. Exod. 20. 13. Deut. 5. 19. idem omnino, & Matth. 5. 21. & c. 19. 18. Rom. 13. 9. Si estringens sur domum, sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Ibid. 22. 2.

Qui percussit hominem, punietur. Lev. 24. 13. Deut. 19. 4. Si quis ferro percussit, & mortuus fuerit, qui percussus est: reus erit homicidii, & ipse morietur. Num. 35. 16.

Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit: similiter panietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Ibid. v. 17.

Homicida sub testibus punietur: ad unius testimonium nullus condemnabitur. Non accipiet pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. Ibid. v. 30.

Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque percussit illum; & mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Deut. 19. 11. Vide & Josue 20. 3.

Maledictus, qui clam percussit proximum suum; & dicit omnis populus: Amen. Ibid. 27. 25. Thren. 4. 13.

Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, odit Dominus. Prov. 6. 17. c. 28. 17.

Panis egenium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Eccl. 34. 25.

Propterea hac dicit Dominus Deus: Væ civitati sanguinum, olla, cuius rubigo in ea est, & rubigo ejus non exivit de ea: &c. Ezech. 24. 6.

Maledictum, & mendacium; & homicidium, & turpium, & adulterium; invidaverunt, & sanguis sanguinem tetigit. Ose. 4. 2.

Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, & invidia, homicidia, ebriitates, confessiones, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Galat. 5. 19.

Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Apoc. 13. 10. Frequentior oritur ex invidia.

Sicut Judæi Christum cruci affigi iusserunt. Matth. 27. 23. Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Ibid. v. 18.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: Ille homicida erat ab initio. Joan. 8. 44.

Væ illis, qui in via Cain abierunt, &c. Judæ. 11. Ex avaritia.

Sicut Jerobab ob vineam habendam occidit Israhel. 3. Reg. 21. 13. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem vero erit quasi sur. Job 24. 14.

Et luxuria. Sicut David Uriam bello circumire procuravit. 2. Reg. 11. 15.

Sicut Herodes Joannem. Marc. 6. 27. Ambitio.

Unde Abimelech septuaginta fratres, ut ipse solus regnare possit, occidit. Judic. 9. 5. Sic Athalia omne regium interfecit semen. 4. Reg. 11. 1.

TITULUS V.

Honor.

Honor temporalis non magis faciendus. Vide C. Gloria.

Quid vobis est melius (ait Abimelech filius Jerobaal) ut dominentur vestri septuaginta viri: omnes filii Jerobaal, an ut dominentur unus vir? simulque considerate, quod os vestrum, & caro vestra sum. Judic. 9. 2. Num. 16. 1. 2. Reg. 15. 1.

Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis, quæ futura sit illis subversio. Eccl. 9. 16. Eather 3. 1. c. 6. 6.

Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustia. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Ibid. 10. 29. 3. Reg. 1. 5. Prov. 12. 9.

Hæc dicit Dominus: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium, & iustitiam in terra. Jerem. 9. 23.

Atten-

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cælis est. Matth. 6. 1.

Ait illi Iesus, in testimonium, illis. Ibid. 8. 4. Idem Marc. 1. 44. Matth. 9. 30. c. 17. 9. præcepit Moyses, in testimonium, illis. Ibid. 8. 4. Idem Marc. 1. 44. Matth. 9. 30. c. 17. 9.

Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Ibid. 20. 26. Idem Marc. 10. 43. & c. Luc. 22. 27. 24.

Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet. Joan. 8. 50. & c. 6. v. 15. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. Ibid. 12. 43.

Petrus & Barnabas, dicentes: Viri, quid hac facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit calum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Act. 14. 14. c. 10. 26.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi invicem arbitrantur. Philipp. 2. 3.

Nec querentes ab hominibus gloriam (loquitur Paulus de seipso) neque a vobis, neque ab aliis. 1. 2. Thim. 2. 6. 1. Petr. 5. 3.

Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: confervus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Jesu. Deum adora. Apoc. 19. 10. Idem 22. 9. habetur.

Honor debite exhibendus.

Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia. Prov. 3. 35. Sicut qui mittit lapidem in æcerum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem. Ibid. 26. 8.

Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: Semen autem hoc exonorabitur, quod præterit mandata Domini. Eccl. 10. 23.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnorum confedere eum faciet. Ibid. 11. 1.

Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit vivens in æternum. Ibid. 37. 29. Honore conservandus.

Quicumque glorificavit me, glorificabo eum: qui autem contempnit me, erunt ignobiles. 1. Reg. 2. 30.

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudelis. Prov. 5. 9. Gloria divitum honoratorum, & pauperum, timor Dei est: noli despiciere hominem justum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem divitem. Eccl. 10. 25.

Fili, in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis justificabit? & quis honorificabit exonorantem animam suam? &c. Ibid. v. 31.

Iniqui non ambiendus.

Inscius non honorabitur. Ibid. v. 18. Et est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Ibid. v. 33.

Attendite a Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conviviis: qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Luc. 20. 49. c. 11. 43. Matth. 23. 6.

Honor Dei. Vide Gloria.

Honorandi parentes. Vide Parentes.

Honor Templorum. Vide Templum.

TITULUS VI.

Hospitalitas.

Hospitalitatis commendatur.

Dominus Deus noster — amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum. Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis advena, &c. Deut. 10. 17.

Frangite esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum; & carnem tuam ne despexeris. Ibid. 58. 7.

Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me. Matth. 25. 35.

Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habebit retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Luc. 14. 13.

Necessitatis Sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes. Rom. 12. 13. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, sed lux domui bene præpositum, filios habentem subditos curæ carni castitate. 1. Tim. 3. 2. Idem Tit. 1. 8.

P 4

Esote

Esse Hospitaliales invicem sine murmuratione. 1. Pet. 4. 9
Et Hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. *Hebr.* 13. 2. *Jacob.* 27

Hospitalitatis exempla.

Angeli ab Abraham hospitio recepti, filium ex Sara promittunt, quæ ob id ridens corrigitur, &c. *Gen.* 18. Dixit Abraham Angelis tribus apparentibus. Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſcas ſervum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum, poſtea tranſibitis. *Ibid.* v. 3

Et Dixit (*Loſi duobus Angelis Sodoman advenientibus*): Obſecro, Domini, declinate in Domum pueri veſtri, & manete ibi: lavate pedes veſtros, & mane proficiſcimini in viam veſtram, Qui dixerunt: Minime, ſed in platea manebimus. Compulſit illos oppido, ut diverterent ad eum: ingreſſiſſe domum illius ſecit convivium, & coxit azyma: & comederunt. *Ibid.* 19. 2

Dixitque ad eum (*ſervum Abrahæ*): Ingredere, benedicte Domini; cur foris ſtas? prepara vi domum & locum camelis tuis. Et introduxit eum in hoſpitium, &c. *Ibid.* 24. 31

Jethro recepit peregrinum Moſen hoſpitio, &c. *Exod.* 2. 20
Exploratores, quos miſit Joſue, excepit hoſpitio meretricis liberaliter, & cuſtodivit ſubtiliter. *Jofus* 2

Dixitque Manue ad Angelum Domini: Obſecro te, ut adquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hoſtium de capris. *Judic.* 13. 15

Occurrit ei (*Levita*) latus (*ſecur* *ſui*), & amplexatus eſt hominem. Manſitque gener in domo ſoceris tribus diebus, comedens cum eo, & bibens familiariter. *Ibid.* 19. 3. Cui rurſum locutus eſt ſocer: Conſidera, quod dies ad occaſum declivior ſit, & propinquat ad veſperum: mane apud me etiam hodie, & duc latum diem, & cras proficiſcetur, ut vadas in domum tuam. *Ibid.* v. 9

Cumque veniſſet Eliaſ (*in Sarepta*) ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna, & vocavit eam, dixitque ei: Damini paullulum aquæ in vaſe, ut bibam. Cumque illa pergeret, aſſerret, clamavit (*Eliaſ*) poſt tergum epus dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua, &c. 3. *Reg.* 17. 10

Facta eſt autem quedam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam (*civitatem*): erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum, ut comederet panem: cumque frequenter inde tranſiret, dicebat ad eam, ut comederet panem. 4. *Reg.* 4. 8. *Job.* 1. 4

Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, &c. *Job.* 31. 17. Humerus meus a junctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus conſtringatur. v. 22. Fori non manſit peregrinus, oſtium meum vitori patuit. v. 32

Tobias dixit filio ſuo: Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra, timentes Deum, ut epulentur nobiſcum. *Tob.* 2. 2

Factum eſt autem dum irent, & ipſe intravit in quoddam caſtellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam, &c. *Luc.* 10. 38

Et dixit ad eum (*Jefus*): Zachæe, ſeſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et ſeſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. *Ibid.* 19. 5

Cum autem baptizata eſſet (*Lydia purpuraria*), & domus ejus, deprecata eſt dicens: Si judicaviſti me fidelem Domino eſſe, introite (*Paulus & Timotheus*) in domum meam & manete: & coegit eos. *Act.* 16. 15

In locis autem illis erant prædia principis Infulæ, nomine Publii, qui nos ſuſcipiens, tri-duo benigne exhibuit, &c. *Ibid.* 28. 7

Inhoſpitalitatis.

Per laſſitudinem (*Gedeon cum ſuis recentis viris*) fugientes perſequi non poterant. Dixitque ad viros Socoth: Date, obſecro, panes populo qui mecum eſt, quia valde deſecerunt: ut poſſimus perſequi Zebee, & Salmana reges Madian. Reſponderunt principes Socoth: Poſſitan palmas manuum Zebee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas ut deſemus exercitui tuo panes. Quibus ille ait (*Gedeon*): Cum ergo tradiſſerit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes veſtras cum ſpinis uibuliſque deſerti. Et inde conſcendens (*Gedeon*) venit in Phanael: locutuſque eſt ad viros loci illius familia. Qui & illi reſponderant, ſicut reſponderant viri Socoth. Dixit itaque & eis (*Gedeon*): Cum reverſus fuero victor in pace, detrumam turrim hanc, &c. *Comprehenſi* autem Zebee & Salmana, ſuper quibus exprobraſtis mihi dicentes: Poſſitan manus Zebee, & Salmana in manibus tuis ſunt, & idcirco leniores civitatis, & ſpinis deſerti ac tribulus, & contrivit cum eis, atque comminuit viros Socoth. Turrim quoque Phanael ſubvertit, & oſſibus habitatoribus civitatis. *Judic.* 8. v. 4

Quo cum intraſſent (*Jefus Levita*) ſedebant in platea civitatis (*Gabaſa*) & nullas eos recipere voluit

voluit hoſpitio. Et ecce apparuit homo fenex, revertens de agro & de opere ſuo veſperi, &c. Et dixit ad eum: Unde venis? & quo vadis? Qui reſpondit ei: Proſecti fumus de Bethlehém Juda, & pergitimus ad locum noſtrum, qui eſt in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehém & nunc vadimus ad domum Dei, nulluſque ſub rectum ſuum non vult recipere, &c. Cui reſpondit fenex: Pax tecum ſit, ego præbeo omnia quæ neceria ſunt, tantum, quæſo, ne in platea maneat. *Judic.* 19. 15. 1. *Reg.* 25. 9. & 14

Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem iuſtiterunt: alii quidem ignotos non recipiebant advenas, alii autem bonos hoſpites in ſervitutem redigebant; loquitur de *Ægyptiis perſequentibus Hebræos*. *Sap.* 19. 13

TITULUS VII.

Humilitas.

Humilitas Deo grata eſt.

Dixit Angelus ad Agar: Revertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. *Gen.* 16. 9. Reſpondenſque Abraham ait (*ad Dominum*): Quia ſemel coepi, loquar ad Dominum meum cum ſim pulvis & cinis. *Ibid.* 18. 27

Vidit Dominus humilitatem meam. *Ibid.* 29. 32. *Vide* v. 31. & 34
Malum humiliavit ſe Jacob coram Eſau, & ſic compeſcitur iram ejus. *Ibid.* 33

Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni ſolio te precedam. *Ibid.* 41. 40

Quinquies exauſavit ſe Moſes, antequam vellet accipere ducatum populi, quem tamen ei imponeret Deus: nec acquieſcit, donec Dominum intellexiſſet iratum: *Exod.* 3. 10. Unde *cap. 4. 14. extat*: Iratus Dominus in Moſen, &c.

Moſes uſque conſultum pagani hominiſ non deſpexit, ſed ei humiliter adiuvit. *Ibid.* 18. 24

Gedeon reſpondens ait ad Dominum: Obſecro, mi Domine, in quo libero Iſrael? Et ce familia mea inſima eſt in Manaſſe: & ego minimus in domo patris mei. Dixitque ei Dominus: Ego ero tecum: & percutes Madian, quaſi unum virum, &c. *Judic.* 6. 5

Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia latata ſum in ſalutari meo: ſic caſus Anna ad Dominum 1. *Reg.* 2. 1. Suſcitatus eſt pulvere egenum, & de ſtereore elevatus pauperem: ut ſedeat cum principibus, & ſolum gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. v. 8. 2. *Reg.* 6. 16. 1. *Reg.* 1

Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino: & clamavit Samuel ad Dominum pro Iſrael, & exaudivit eum Dominus. Factum eſt autem cum Samuel offerret holocauſtum, Philiſthini inierunt prælium contra Iſrael. Intronit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthim, & exterruit eos, & caſi ſunt a facie Iſrael. *Ibid.* 7. 9

Dixitque David ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum, & quam omnem domum ejus, & præcepit mihi, ut eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael, & ludam, & viſitor ſam plus quam factus ſum: & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. 2. *Reg.* 6. 21

Dixitque ad eos (*ſcilicet populos Juda Semiarum propheta*): Hæc dicit Dominus: Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac (*regis Ægypti, qui diripit Jeruſalem*). Conſternatique principes Iſrael & rex dixerunt. Juſtus eſt Dominus. Cumque vididiſſet Dominus, quod humiliati eſſent, factus eſt ſermo Domini ad Semiam, dicens: Quia humiliati ſunt, & non diſperdam eos, daboque eis pauxillum auxilii, & non ſtillabit furor meus ſuper Jeruſalem per manum Seſac. 2. *Paral.* 12. 9

Humiliaſiſque eſt (*Æzechias*) poſtea, eo quod exaltatum fuiſſet cor ejus, tam ipſe quam habitatores Jeruſalem: & idcirco non venit ſuper eos ira Domini in diebus Ezechie. *Ib.* 32. 26

Qui poſtquam conaglutatus eſt (*ſcilicet Manaſſes*) oravit Dominum Deum ſuum, & egit poenitentiam valde coram Deo patrum ſuorum. Deprecatusque eſt eum, & obſervavit intente: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Jeruſalem in regnum ſuum, & cognovit Manaſſes quod Dominus ipſe eſſet Deus. *Ibid.* 33. 12

Ad regem autem Juda, qui miſit vos pro Domino deprecandum, ſic loquimini: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Quoniam audiviſti verba voluminis, atque emolliſti eſt cor tuum, & humiliatus eſt in conſpectu Dei, ſuper his quæ dicta ſunt contra locum hunc: & habitatores Jeruſalem, reverentiſque faciæ meæ, ſciſtiſti veſtimenta tua, & ſſeviſti coram me: ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. *Ib.* 34. 26

Juxta eſt Dominus his, qui tribulatio ſunt corde: & humiles ſpiritu ſalvabit. *Pſal.* 33. 19 Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: ubi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia. *Provi.* 11. 2

Melius eſt humiliari cum mitibus: quam dividere ſpolia cum ſuperbis. *Ibid.* 16. 19

Ne glorioſus appareas coram regibus, & in loco magnoꝝum ne ſteteris. Melius eſt enim ut dica-

dicitur tibi: Ascende huc, quam ut humiliaris coram principe. *Prov. 25. 6*
 Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritus suscipiet gloria. *Ibid. 29. 23*
 Hac dicit Excelsus, & sublimis habitans aeternitatem: & sanctum nomen ejus in excelsis, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: ut vivificet spiritum humilium, & vivificet cor contritorum. *Ista. 57. 15*

Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? *Ibid. 66. 2*
 Jonas clamavit & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninivae in Deum: & praedixerunt jejuniun, & vestiti sunt facis a majore usque ad minorem, &c. *Jona 3. 4*

Hacalia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis. *Ecclesi. 7. 19*
 Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, humiliaverunt animas suas in jejuniis, & orationibus, ipsi & mulieres eorum, &c. (*scilicet quia metuerunt Helophernem vehementer*) *Judith 4. 8*. Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus, circumivit omnem Israel, allocutusque est eos, dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, fumanentes permanseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini. *v. 11*

Et ideo humiliter illi (*Deo*) animas nostras, & in spiritu constituti humiliato servientes illi: *Ibid. 8. 16* Expectemus humiles consolationem ejus. *v. 20*

Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Ibid. 9. 16*

Ephraim regina confregit ad Dominum, & corpus suum humiliavit jejunatis, oransque inter contrita dicit: Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiae, & gloriae meae, &c. *Ephraim 14. 16*. *Ista. 37. 1*

Antequam coneratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. *Prov. 18. 12*
 Qui enim humilitatis fuerit, erit in gloria: & qui inclinaverit oculos, ipse salvabitur. *Job. 22. 29*
 Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venurus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. *Matth. 3. 11*

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. *Ibid. 5. 3*
 Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. *Ibid. 8. 8*. *Cap. 15. 27*

Tollite solum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. *Ibid. 11. 29*

Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno caelorum. *Ibid. 1. 4*
 Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. *Ibid. 20. 26*. *Idem Marc. 10. 43*. *Luc. 9. 47* & *Cap. 12. 26*. *Marc. 9. 33*. *Matth. 18. 1*. *Philipp. 2. 7*

Dicite sibi Ston: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinum, & pullum filium sibilantis. *Ibid. 21. 5*

Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim Magister vester. *Ibid. 23. 8*. Qui major est vestrum, erit minister vester. *v. 11*

In via intres se disputaverunt (*Apostoli*), quis eorum major esset. Et residens vocavit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister. *Marc. 9. 34*. *Luc. 9. 46*

Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicunt omnes generationes. *Luc. 1. 48*

Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratiof te sit incipias cum iubere novissimum locum tenere, &c. *Ibid. 14. 8*. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *v. 11*

Pater, peccavi in calum, & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut ubam de mercenariis tuis. *Ibid. 15. 18*

Et Publicanus a longe stans, volebat nec oculos ad caelum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. *Ibid. 18. 13*

Bene: propter incredulitatem trahit sunt. Tu autem sic stas: noli altum sapere, sed time. *Item. 11. 20*. *Cap. 12. 16*. *1. Cor. 4. 6*

Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. *1. Cor. 15. 9*

Nihil per contentionem, neque per inquam gloriam: sed in humilitate superiores sibi invitent arbitantes. *Philip. 2. 3*. *Hebr. 11. 24*

Induite vos ego sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, saepe ad-

ver-

verlus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. *Coloss. 3. 15*
 Omnes autem invicem humilitatem infirmate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *1. Pet. 5. 5*. *Act. 10. 26*

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. Dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos feni transibit. *Jacob. 1. 9*

Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. *Ibid. 4. 10*
 Et cecidi ante pedes ejus (*sic Joannes de Angelo apparetur ei*), ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: confervus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Jesu Deum adora, &c. *Apoc. 19. 10*. *Cap. 4. 10*

T I T U L U S VII.

Hypocritae & Simulatio. Vide & Simulatio.

FACTUM est autem verbum Domini ad Samuel, dicens: Ponitit me quod constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, & clamavit ad Dominum tota nocte. *1. Reg. 15. 10*

Amnon filius David, simulavit languorem, ut posset decipere Thamar, quam libidinoso amabat. *2. Reg. 13. 7*

Sic vix omnium qui obliviscuntur Deum, & spes hypocritae peribit. *Job. 8. 13*
 Et ipse (*Deus*) erit salvator meus: non enim venit in conspectu ejus omnis hypocrita. *Ibid. 11. 16*

Congregatio enim hypocritae sterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libentes accipiunt. *Ibid. 15. 34*

Hoc scio principio, ex quo positus est homo super terram. Quod laus imperium brevis fit, & gaudium hypocritae ad instar puncti. Si ascenderit usque ad caelum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit: quasi aequilibrium in fine perdetur: & qui cum viderant, dicant: Ubi est? &c. *Ibid. 30. 4*. Revelabunt caeli iniquitatem ejus, & terra confluet adversus eum. *v. 7*. Omnes tenebrae absconditae sunt in occultis ejus: devorabit eum ignis, qui non succendatur, affligetur relictus in tabernaculo suo. *v. 26*

Quae est enim spes hypocritae si avare rapiat, & non liberet Deus animam ejus? Numquid Deus audiet clamorem ejus, cum venerit super eum angustia? &c. *Ibid. 27. 8*. Tolle eum ventus urens, & auferet: & velut turbo rapiet eum de loco suo, &c. *v. 21*

Simulatores, & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vinciti fuerint. Moriatur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos. *Ibid. 36. 13*

Generatio, quae sibi munda videtur, & tamen non est lota a foribus suis: Generatio, cujus excessi sunt oculi, & palpebrae ejus in alta surretae (*scilicet insaturabiles sunt*). *Prov. 30. 22*

Ne accesseris ad illum (*Dominum*) duplici corde: Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. *Ecclesi. 1. 36*

Et qui nequit humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo. *Ibid. 19. 23*
 Et dixit Dominus: eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, & simulerunt me mandato hominum & doctrinis: &c. *Ista. 29. 13*. Vae qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis novit nos? *v. 15*

Reprehendit Isaias Judaeorum hypocritam, ostendens eorum jejunium non esse Deo acceptabile, & quae debeant illis comitari, omnibus adhibitis multa praestatur a Deo beneficia, & dicens: Me etenim die in diem quarunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quae justitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiae: appropinquare Deo volunt, &c. *Ibid. 58. Ezech. 33. 3*

Sagitta vulnereans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. *Jerem. 9. 8*. *Psal. 27. 3*

Non enim etati nostrae dignum est (*inquit Elazarus*) fingere, ut multi adolescentium, abstrahentes Eleazarum noaaginta annorum transire ad vitam alienigenarum, &c. *2. Mach. 6. 24*

Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Mate. 6. 2*. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. *Ibid. v. 16*

Hypocritae, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc vibis ejice festucam de oculo fratris tui. *Ibid. 7. 5*. *Rom. 2. per istum Caput.*

Hypocritae, bene prophetavit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. *Ibid. 15. 7*. *Mate. 7. 6*. *Ista. 29. 13*. *Matth. 22. 18*

Scripti & Pharisaei super cathedram Moysi sedentibus, praecipit Jesus obedire, opera autem ipsorum non imitari, reitigens essent hypocritam & ambitionem: discipulis vero docens contrariam humilitatem, deinde multiplex via ob hypocritam, & alias iniquitates interminat. *Ibid. 23*

Fieri